



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 6. Seditio in Provincia Ultrajectina ob Lutheri hæresin exporta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

utriusque Regii Filii exigeret, ac deni- Sæcul. XVI.
A.C. 1528.
que Synodo finis imponebatur.

§. VI.

Seditio in Provincia Ultrajectina ob Lutheri hæresin exorta.

Jam octingentesimus effluxerat annus,
ex quo Episcopis Ultrajectinis supre- *Joa. Beran,
Chronic. E-
pisc. Ultra-
Gazey hist.
Eccl. du
Pays-has.*
mum hujus Provinciæ dominium tam
in rebus sacris, quam profanis non in-
terrupta serie assertum erat; evoluto au-
tem hoc tempore in hanc ditionem
Lutherana hæresis irrepuit, eamque suo
veneno infecit. Nec id quidem magni
laboris impendio stetit; cum enim præ-
ter eam vix alia daretur regio, magis
ad concitandas seditiones proclivis,
hinc facili prorsus negotio Hæretici Ca-
tholicos numero æquabant, breveque
malum insanabile reddebant, eoquod
Henricus de Bavaria, qui a sedis Epis-
copalis institutione ibidem quinquage-
simus octavus Præful erat, hæreticæ
doctrinæ progressibus fere ignava pror-
sus manu opponeret. Vix in eos inqui-
rere cœperat, qui perversa hæc dog-
mata spargebant, cum illico Lutherani
seditionem moverent; quoniam vero
contra Episcopi ac Capituli potentiam
bellum sustinendo impares essent, in au-
xilium vocabant Carolum Egmontium
Geldriæ

Sæcul XVI. Geldriæ DuceM, qui jam dudum nova
A.C. 1528. Ultrajectinæ Provinciæ accessione Du-
catum suum latius pretendere anhel-
labat. Ergo Carolus suis cum copiis
accurrit, quæ in urbem nemine obsisten-
te introducebantur; postmodum De-
ventriam, & Harderwigam urbes vi oc-
cupat, necnon reliquam Provinciæ
partem in ditionem accipit, excepta
Tylerina arce, quam eapropter obli-
dere compellebatur. Episcopus, ejus-
que Canonici tam inopino hostium in-
sultu obruti Carolum V. Cæfarem, eo-
quod Belgii Archidux esset, in auxilium
vocant, eique exponunt, quod Geldriæ
Duces inveterato odio Augustissimam
Domum Austriacam infectarentur, proin
nequaquam tolerandum esset, ut iidem
Ultrajectinam Provinciam in suam po-
testatem redigerent, præcipue, cum sem-
per inter Franciæ Reges, & Geldriæ
Duces arctissima intercederet amicitia.

§. VII.

Imperatoris postulatio de Ultraje- ctina Provincia Belgio unienda.

Le Mire no-

*tit. Eccl.
Belgic.*

*Val. André
topog. Belg.*

E quidem hæc ratio Cæfari probaba-
tur; cum vero Ultrajectina Provin-
cia ipsimet vel maxime utilis esset, hinc
Epis-